Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur.
Wien-Leipzig, 1899 Seite 5
Quelle:
Copyright:



dum dictum est supra de iudicio.“ Expl.: „Ut in iuribus alle. in glossa. Explicit prima pars 2i libri.“

**8.** (50. a. 8.)

Chart. s. XV, f. 360, m. 2o, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1a et 265a litterae initiales pictae, f. 1a etc.: „Iste liber est Monasterii scotorum wienne testatus ei per egregium decretorum doctorem Magistrum Johannem polczmacher.“

1. F. 1a—259a. Inc.: „Clerici arma. Si queris vtrum et quando et quibus personis licitum sit.“ Expl.: „Extendi volumus. *Explicit Heinricus bonhit super tercio libro decretalium.*“ De Henrico Bonhit (Bohic, Boyk, Boich, Voich) Armorico, iurisconsulto circa annum 1390, cf. Fabr.-Mansi I 251, III 210 sq.; Oudin. III 1251; Possevin. I 723. Editiones vide apud Schulte, Die Gesch. der Quellen II 267. — 2. F. 259a—264b. *(Registrum operis praecedentis.)* — 3. F. 265a—360a. *(Eiusdem [?] commentarius in librum quartum decretalium.)* Inc.: „De materia istius quarti libri quid sit matrimonium.“ Expl.: „Possessor male fidei li. VI.“ — F. 360b script. vacat.

**9.** (50. a. 9.)

Chart. s. XV, f. 196, m. 2o, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1a littera initialis nitide picta cum ornamentis, aliae initiales rubrae et caeruleae, f. 1a etc.: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretalium doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo.“

F. 1a—196a. Inc.: „Rubrica hec de accusacionibus inquisicionibus et denunciacionibus continuatur duobus modis.“ Expl.: „Ad quam obedienciam Christus nos inducat. Amen. *Expliciunt recollecte egregii et famosi decretorum doctoris domini Nicolai de Sicilia (de Tudeschis).*“ De auctore eiusque opere cf. quod dictum est ad cod. 2. — F. 196b script. vacat.

**10.** (50. b. 1.)

Chart. s. XV, f. 398, 2o, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Prima pars Biblie a dom. Jacobo empta.“ Tegum. ant. b: index contentorum, dein: „Comparati (libri veteris testamenti) sunt autem et cor-